illeque genuerunt: isti sunt
potentes a seculo viri famo
si. Videns autem deus quod multa
malicia hominum esset in terra.
et cuncta cogitacio cordis in
tenta esset ad malum omni tem
pore. penituit eum quod homi
nem fecisset in terra: et preca
vens in futurum. tactus dolo
re cordis intrinsecus. delebo
inquit hominem quem creavi
a facie terre. ab homine usque
ad animancia: a reptili usque ad
volucres celi. penitet enim me
fecisse eos. Noe vero invenit
graciam coram domino. Hee sunt
generaciones noe. Noe vir
iustus atque perfectus fuit
in generacionibus suis. Cum
deo ambulavit: et genuit
tres filios. sem. cham. et ia
pheth. Corrupta est autem terra
coram deo: et repleta est ini
quitate. Cumque vidisset deus
terram esse corruptam. omnis
quippe caro corruperat viam
super terram: dixit ad noe. Finis
universe carnis venit coram
me. Repleta est terra iniqui
tate a facie eorum: et ego disper
dam eos cum terra. Fac tibi
archam de lignis levigatis.
Mansiunculas in archa faci

es: et bitumine lines intrin
secus et extrinsecus: et sic faci
es eam. Trecentorum cubitorum
erit longitudo arche. quin
quaginta cubitorum latitudo.
et triginta cubitorum altitudo
illius. Fenestram in archa fa
cies: et in cubito consummabis
summitatem eius. Ostium autem
arche pones ex latere deorsum.
Cenacula et tristega facies in
ea. Ecce ego adducam dilu
vii aquas super terram: ut inter
ficiam omnem carnem in qua
spiritus vite est subter celum. Univer
sa que in terra sunt consumentur.
Ponamque fedus meum tecum:
et ingredieris archam tu et
filii tui. uxor tua. et uxores
filiorum tuorum tecum. Et ex cunc
tis animantibus universe car
nis bina induces in archam
ut vivant tecum: masculi
ni sexus et feminini. De volu
cribus iuxta genus suum: et de
iumentis in genere suo: et ex
omni reptili terre secundum genus
suum. bina de omnibus ingredi
entur tecum: ut possint vivere.
Tolles igitur tecum ex omnibus
escis que mandi possunt: et
comportabis apud te: et erunt
tam tibi quam illis in cibum.

Fecit ergo noe omnia VII
que preceperat illi deus.
Dixitque dominus ad eum. Ingre
dere tu et omnis domus tua
in archam. Te enim uidi iust
um coram me in generatione
hac. Ex omnibus animantibus mun
dis tolle septena et septena
masculum et feminam. de animanti
bus uero non mundis duo et duo.
masculum et feminam. Sed et de uo
latilibus celi septena et septe
na masculum et feminam: ut salue
tur semen super faciem uni
uerse terre. Adhuc enim et post
dies septem ego pluam super
terram quadraginta diebus
et quadraginta noctibus: et dele
bo omnem substantiam quam
feci de superficie terre. Fecit er
go noe omnia quecumque
mandauerat ei dominus. Erat
que sexcentorum annorum quando di
luuii aque inundauerunt
super terram. Et ingressus est
noe et filii eius. uxor eius.
et uxores filiorum eius. cum eo
in archam: propter aquas dilu
uii. De animantibus quoque mun
dis et inmundis. et de uolucri
bus: et ex omni quod mouetur
super terram. duo et duo ingres
si sunt ad noe in archam.
masculus et femina: sicut pre
ceperat dominus noe. Cumque tran
sissent septem dies: aque
diluuii inundauerunt super
terram. Anno sexcentesimo ui
te noe. mense secundo. septimo
decimo die mensis rupti sunt
omnes fontes abissi mag
ne: et catharacte celi aperte
sunt: et facta est pluuia super
terram quadraginta diebus et qua
draginta noctibus. In articu
lo diei illius ingressus est
noe. et sem et cham et iaphet
filii eius: uxor illius. et tres
uxores filiorum eius cum eis
in archam: ipsi et omne animal
secundum genus suum: uniuersumque
iumentum in genere suo. et omne
quod mouetur super terram in
genere suo: cunctumque uolati
le secundum genus suum. Vniuerse
aues omnesque uolucres in
gresse sunt ad noe in archam:
bina et bina ex omni carne in
qua erat spiritus uite: et que in
gressa sunt masculus et fe
mina ex omni carne introie
runt sicut preceperat ei deus. Et
inclusit eum dominus deforis.
Factumque est diluuium qua
draginta diebus super terram:
et multiplicate sunt aque:

filii elchie. quos misit sede-
chias rex iuda ad nabuch
regem babil' in babilone
dicens. Hec dicit dn̄s exer-
cituū deus isrl' omni transmi
gracioni quā transtuli de ie
rlm̄ in babilone. Edificate
domos ⁊ habitate. ⁊ plantate
ortos. ⁊ comedite fructū
eorum. Accipite uxores ⁊ genera
te filios ⁊ filias. ⁊ date filiis
uris uxores. ⁊ filias uras
date uiris. ⁊ pariant fili
os ⁊ filias. ⁊ multiplicami
ni ibi. ⁊ nolite ee pauci nu
mero. Et querite pacem ci
uitatis. ad quā transmigra
re uos feci. ⁊ orate pro ea
[illegible] illius
[illegible]
[illegible] pax uobis. Hec dicit
dn̄s exercituū ds isrl. Non
uos seducant pphe uri. qui
sunt in medio uri. ⁊ diui
ni uri. ⁊ ne attendatis ad
sompnia ura que uos somp
niatis. quia falso ipi pphe
tant uobis in nomine meo.
⁊ non misi eos dicit dn̄s.
Quia hec dicit dn̄s. Cum
ceperint impleri in babilo
ne. lxx. anni uisitabo uos
⁊ suscitabo sup uos uerbum
meū bonū. ut reducam uos

ad locum istū. Ego enim scio
cogitaciones. quas ego
cogito sup uos ait dn̄s. co
gitaciones pacis ⁊ nō af
flictionis. ut dem uob finē
⁊ paciam. Et inuocabitis
me. ⁊ ibitis ⁊ adorabitis me.
⁊ exaudiam uos. Queretis
me ⁊ inuenietis. cū quesie
ritis me in toto corde uro. ⁊
inueniar a uobis ait dn̄s.
Et reducam captiuitatē urām
⁊ congregabo uos de uniuersis
gentibus. ⁊ de cunctis locis. ad
que expuli uos dicit dn̄s.
⁊ reuerti uos faciam de loco
ad quem uos transmigrare
feci. Quia dixistis. suscita
uit nobis dn̄s pphas in ba
bilone. Quia hec dicit dn̄s
ad regem qui sedet sup so
liū dauid. ⁊ ad omnē ppl'm
habitatorem urbis huius. ad
fres uros. qui nō sūt egressi
nobiscū in transmigracio
nem. Hec dicit dn̄s exercitu
ū. Ecce ego mittam in eis
gladiū ⁊ famem ⁊ pestem.
⁊ ponam eos quasi ficus ma
las. que comedi nō possūt.
eo quod pessime sūt. Et per
sequar eos in gladio ⁊ in
fame ⁊ in pestilencia ⁊ dabo

Finland 1576 N:o 1

eos in vexacione universis
regnis terre in maledictionem
et in stuporem et in sibilum et in
opprobrium cunctis gentibus
ad quas ieci eos. eo quod non
audierint verba mea dicit dominus.
que misi ad eos per servos
meos prophetas de nocte consur
gens et mittens. et non audis
tis. dicit dominus. Vos ergo au
dite verbum domini omnis transmi
gracio. quam emisi de ierusalem in
babilonem. Hec dicit dominus
exercituum deus israel ad achab
filium chulie et ad sedechiam
filium maasie. qui prophetant vobis
in nomine meo mendaciter. [illegible]
[illegible]
[illegible]
babil. et percutiet eos in oculis
vestris. et assumetur ex eis male
dictio omni transmigracioni
iude que est in babilone di
centium. Ponat te dominus sicut
sedechiam et sicut achab. quos
frixit rex babil. in igne. pro
eo quod fecerint stulticiam in
israel. et mechati sunt in uxores
amicorum suorum. et locuti sunt
verbum in nomine meo mendaciter.
quod non mandavi eis. Ego sum
iudex et testis dicit dominus. Et
ad semeiam neelamitem

dices. Hec dicit dominus exercituum
deus israel. Pro eo quod misisti li
bros in nomine meo ad om
nem populum qui est in ierusalem.
et ad sophoniam filium maa
[illegible]
los sacerdotes [illegible]
dedit te sacerdotem pro ioiada
sacerdote. ut sis dux in do
mo domini super omnem virum ar
repticium et prophetantem. ut mit
tas eum in nervum et in carcerem.
Et nunc quare non increpasti
ieremiam anathotitem qui
prophetat vobis? Quia super hoc
misit ad nos in babilone
dicens. Longum est. Edificate
[illegible]
[illegible]
[illegible]
dos [illegible] in auribus
ieremie prophete. Et factum est verbum
domini ad ieremiam dicens. Mit
te ad omnem transmigracionem
dicens. Hec dicit dominus ad se
meiam neelamitem. Pro
eo quod prophetavit vobis seme
ias. et ego non misi eum. et fecit
vos confidere in mendacio. Id
circo hec dicit dominus. Ecce ego
visitabo super semeiam neela
mitem et super semen eius.
Non erit ei vir sedens in me

et creverunt spine et suffoca
verunt ea. Alia vero ceciderunt
in terram bonam. et dederunt
fructum. aliud centesimum. a
liud sexagesimum. aliud tri
cesimum. Qui habet aures audi
endi audiat. Et accedentes
discipuli dixerunt ei. Quare
in parabolis loqueris eis? Qui
respondens ait illis. Quia
vobis datum est nosse mis
terium regni celorum. illis autem
non est datum. Qui enim habet
dabitur ei et habundabit. Qui
autem non habet. et quod videtur
habere auferetur ab eo. Ideo in
parabolis loquor eis. quia vi
dentes non vident. et audien
tes non audiunt neque intel
ligunt. ut adimpleatur in
eis prophetia ysaie dicentis.
Auditu audietis et non intel
ligetis. et videntes videbi
tis et non videbitis. Incras
satum est enim cor populi huius.
et auribus graviter audierunt.
et oculos suos clauserunt
ne quando videant oculis et au
ribus audiant. et corde intel
ligant et convertantur et sanem
eos. Vestri autem beati oculi qui
vident. et aures vestre que audi
unt. Amen quippe dico vobis.

quia multi prophete et iusti cu
pierunt videre que videtis.
et non viderunt. et audire que
auditis. et non audierunt.
Vos ergo audite parabolam
seminantis. Omnis qui au
dit verbum regni et non intel
ligit. venit malus et ra
pit quod seminatum est in
corde eius. hic est qui semina
tus est secus viam. Qui
autem seminatus est super petram.
hic est qui verbum dei audit.
et continuo cum gaudio susci
pit illud. Non habet autem in se
radicem. sed est temporalis. Facta
autem tribulacione et persecu
cione propter verbum. continuo scan
dalizabitur. Qui autem semina
tus est in spinis. hic est qui
verbum dei audit. et sollicitudo
seculi istius. et fallacia divi
ciarum suffocat verbum. et sine
fructu efficitur. Qui vero in
terram bonam seminatus est.
hic est qui audit verbum et in
telligit. et fructum affert. et
et facit quidem aliud cente
simum. aliud autem sexagesi
mum. porro aliud tricesimum.
Aliam parabolam proposuit il
lis dicens. Simile factum est
regnum celorum homini qui

seminauit bonū semen
in agro suo. Cum autē
dormirent homīes. uenit
inimicus eius. et supsemia
uit zizaniam in medio
tritici et abiit. Cum autē
creuisset herba et fructum
fecisset. tunc apparuerūt
zizania. Accedentes aūt
serui prisfamilias dixe
rūt ei. Dn̄e. nōne bonum
semē seminasti in agro
tuo? Unde ergo hēt ziza
nia? Et ait illis. Inimicus
homo hoc fecit. Serui aūt
dixerunt ei. Uis imus et
colligimus ea? Et ait. No.
Ne forte colligentes ziza
nia eradicetis simul cum
eis triticum. Sinite utraq;
crescere usq; ad messem.
et in tp̄e messis dicā messo
rib;. Colligite primū ziza
nia et alligate ea in fasci
culos ad comburendū. triti
cū aūt congregate in horre
um meū. Aliam parabolā
proposuit eis dicens. Simile ē
regnū celoꝝ grano synapis
quod accipiens homo se
minauit in agro suo. quod
minimū est quidem omib;
seminib;. Cū aūt creuit

maius est omnib; oleribus.
et fit arbor. ita ut uolucres
celi ueniant et habitent in ra
mis eius. Aliam parabolā
locutus est eis. Simile
est regnū celoꝝ fermento
quod acceptū mulier abscondit
in farine satis trib;. donec
fermentatū est totū. Hec
omnia locutus est ihc in
parabolis ad turbas. et sine
parabolis nō loquebatur eis.
ut adimpleretur quod dictū
est per prophetam dicentē. Ape
riam in parabolis os meū.
eructabo abscondita a
constitucione mundi. Tunc
dimissis turbis uenit in
domum. Et accesserūt ad eū
discipuli eius dicentes.
Edissere nobis parabolam
zizaniorum agri. Qui respon
dens ait. Qui seminat bo
nū semen est filius hominis.
Ager aūt est mundus. Bo
num uero semen. hii sunt
filii regni. zizania autē
filii sunt nequā. Inimicus
aūt qui seminat ea est
dyabolus. Messis uo est
consummacio seculi. Messores
aūt angeli sunt. Sicut ergo
zizania colligūtur. et igni

uita
nobis. aūt in uob. Hn̄tes
aūt eundē spm̄ fidei. sicut
scriptū est. Credidi ꝓpt qđ
locutus sum. & nos credi
mus ꝓpt qđ & loquimur.
scientes qm̄ qui suscitauit
ihm. & nos cum ihu susci
tabit. & constituet nos uob
cū. Omīa eñ ꝓpt uos. ut
grā habūdans ꝑ multos
grāꝝ accione habundet
in glām dei. ꝓpt qđ nō defi
cimus. ſ; licet is qui defo
ris est nr̄ homo corrūpat.
tn̄ is qui intus est reno
uat de die in diem. Id eñ
qđ in p̄senti est momēta
neū & leue tribulationis
nr̄e sup modū in sublimi
tate eternū glīe pondus
opat in nobis. nō contēplā
tib; nobis que uidentur.
ſ; que nō uident. Que eñ
uident tpalia sūt. que aūt
nō uident eterna sūt. V

Scimus eñ qm̄ si terre
stris domus nr̄a hu
bitationis dissoluat. qđ
edificacionē ex deo habem
domū nō manu factam. sed
etnā in celis. Nam & in h
ingemiscim habitacione
nr̄am que de celo est sup
induī cupientes. si tamē
uestiti nō nudi inueniā
mur. Nam & qui sumus
in tabernaculo isto inge
miscim grauati. eo quod
nolumus expoliari. ſ; sup
uestiri. ut absorbeat quod
mortale est a uita. Qui
aūt efficit nos in hoc ipm.
deus qui dedit nob pignus
spc. Audentes igr semp et
scientes. qm̄ dum sum in
hoc corpe. peregrinamur
a dn̄o. Per fidem eñ ambula
mus & nō p speciem. Audem
aūt & bonam uoluntatem.
habemus magis peregrinari
a corpe. & p̄sentes eē ad d
num. Et ideo contendim siue
absentes siue p̄sentes pl
cere illi. Omīs eñ nos ma
nifestari oportet an tribu
nal xpi. ut recipiat unusq;
ppia corporis put gessit. siue
bonū siue malū. Scientes
ergo timorē dn̄i homib;
suademus. Deo aūt mani
festi sum. Spero aūt & in
conscienciis uris manifestos
nos eē. Non itm̄ nos com
mendam nobis. sed occasionē
damus uob occasionem
gloriandi ꝑ nobis. ut habeat

Hans Bertilsons Rekenn[illegible]

Finland 1590 N:o 7

[illegible] qui in facie gloriant-
ur et non in corde. Sive enim me-
nte excedimus deo. sive so-
brii sumus vobis. Caritas
enim christi urget nos estima-
ntes hoc. quoniam si unus pro om-
nibus mortuus est. ergo
omnes mortui sunt. et pro om-
nibus mortuus est christus. ut
et qui vivunt iam non sibi
vivant. sed ei qui pro ipsis
mortuus est et resurrexit.
Itaque nos ex hoc neminem
novimus secundum carnem. Et si
cognovimus secundum carnem
christum. sed nunc iam non novimus.
Si qua ergo in christo nova
creatura [illegible] vetera trans-
ierunt. ecce facta sunt omnia
nova. Omnia autem ex deo
qui nos reconciliavit si-
bi per christum. et dedit nobis mini-
sterium reconciliationis. Quo-
niam quidem deus erat in
christo mundum reconcilians si-
bi. Non reputans illis delic-
ta ipsorum. et posuit in nobis
verbum reconciliationis. Pro
christo ergo legatione fungi-
mur. Tamquam deo exhortan-
te per nos. obsecramus pro
christo reconciliamini deo. Eum
qui non noverat peccatum pro no-
bis peccatum fecit [illegible] ut
nos efficeremur iustitia dei

Adiuvantes VI [illegible]
autem exhortamur ne in va-
cuum gratiam dei recipiatis.
Ait enim. Tempore accepto ex-
audivi te. et in die salutis ad-
iuvi te. Ecce nunc tempus accep-
tabile. ecce nunc dies salu-
tis. Neminem dantes ullam
offensionem. ut non vitupe-
retur ministerium nostrum. Sed in
omnibus exhibeamus nosmet
ipsos sicut dei ministros. in
multa patientia. in tribulatio-
nibus. in necessitatibus. in an-
gustiis. in plagis. in car-
ceribus. in seditionibus. in
laboribus. in vigiliis. in ie-
iuniis. in castitate. in scien-
tia. in longanimitate. in sua-
vitate. in spiritu sancto. in cari-
tate non ficta. in verbo verita-
tis. in virtute dei. Per arma
iustitie a dextris et a sinis-
tris. per gloriam et ignobili-
tatem. per infamiam et bo-
nam famam. Ut seducto-
res et veraces. Sicut qui ig-
noti et cogniti. Quasi mo-
rientes et ecce vivimus. Ut
castigati et non mortifica-
ti. Quasi tristes. semper autem

carne uestra glorientur. Michi
autem absit gloriari nisi in cru
ce domini nostri ihesu christi, per quem
michi mundus crucifixus est et
ego mundo. In christo enim ihesu
neque circumcisio aliquid ua
let neque preputium, sed noua
creatura. Et quicumque regu
lam hanc secuti fuerint pax super illos
et misericordia et super israel dei. De
cetero nemo michi molestus sit.
Ego enim stigmata domini ihesu
in corpore meo porto. Gratia domini
nostri ihesu christi cum spiritu uestro fratres.
amen. Incipit prologus.

Ephesi sunt asia
ni. Hii accepto
uerbo ueritatis
perstiterunt in fi
de. Hos collaudat apostolus
scribens eis a roma de car
cere per tichicum dyaconum.

Incipit epistola
ad ephesios

Paulus apostolus
christi ihesu per
uoluntatem
dei omnibus sanctis qui sunt
ephesi et fidelibus in christo.
gratia uobis et pax a deo patre
nostro et domino ihesu christo. Bene
dictus deus et pater domini nostri ihe
su christi qui benedixit nos in
omni benedictione spiritali
in celestibus in christo. sicut ele
git nos in ipso ante mundi
constitutionem ut essemus sancti
et immaculati in conspectu eius
in caritate. Qui predestina
uit nos in adoptionem filio
rum per ihesum christum in ipsum secundum
propositum uoluntatis sue in lau
dem glorie gratie sue in qua gra
tificauit nos in dilecto fi
lio suo. in quo habemus re
demptionem per sanguinem eius
et remissionem peccatorum secundum
diuitias gratie eius que superha
bundauit in nobis in omni
sapientia et prudentia. ut notum
faceret nobis sacramentum
uoluntatis sue secundum bene
placitum eius quod proposuit in
eo in dispensatione pleni
tudinis temporum instaurare
omnia in christo que in celis
et que in terra sunt in ipso.
In quo etiam et nos sorte
uocati sumus. predestinati
secundum propositum eius qui operatur
omnia secundum consilium uolun
tatis sue. ut simus in lau
dem glorie ipsius nos qui ante
sperauimus in christo. In quo et
uos cum audissetis uerbum
ueritatis euangelium salutis

[...] credentes
[...]tis spiritu promissio-
[nis sancto qui] est pignus
[hereditatis nost]re in redemp-
tionem acquisitionis in lau-
dem glorie ipsius. Propterea et ego
audiens fidem vestram que
est in Christo Iesu et dilectionem
in omnes sanctos non cesso gra-
tias agens pro vobis memori-
am vestri faciens in orationibus
meis. ut deus domini nostri Iesu
Christi pater glorie det vobis spiritum sa-
pientie et revelationis in
agnitione eius. illuminatos
oculos cordis vestri ut scia-
tis que sit spes vocationis
eius [illegible]
[illegible]
[illegible]
nitudo virtutis eius in nos
qui credimus secundum opera-
tionem potentie virtutis eius
quam operatus est in Christo sus-
citans illum a mortuis et con-
stituens ad dexteram suam
in celestibus supra omnem prin-
cipatum et potestatem et virtutem
et dominationem et omne nomen
quod nominatur non solum in hoc
seculo sed etiam in futuro. Et om-
nia subiecit sub pedibus eius et
ipsum dedit caput supra omnem
ecclesiam. que est corpus ipsius
et plenitudo eius qui omnia
in omnibus adimpletur. II
Et vos [illegible]
essetis mortui in delic-
tis et peccatis vestris. in quibus
aliquando ambulastis secundum
seculum mundi huius. secundum
principem potestatis aeris
huius spiritus. qui nunc operatur
in filios diffidentie. In qui-
bus et nos omnes aliquando con-
versati sumus in desideriis
carnis nostre. facientes vo-
luntatem carnis et cogitatio-
num. et eramus natura filii
ire sicut et ceteri. Deus autem
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
nos in Christo cuius gratia estis
salvati. et conresuscitavit et
consedere fecit in celestibus in
Christo Iesu. ut ostenderet in seculis
supervenientibus habundan-
tes divitias gratie sue in bo-
nitate super nos in Christo Iesu.
Gratia enim estis salvati per fi-
dem. et hoc non ex vobis.
Dei enim donum est non ex operi-
bus. ut ne quis glorietur. Ipsi-
us enim sumus factura. creati in Christo

ihu